



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De Svpellectile Ecllesiae simplicis, eiusq[ue] Sacristiae. Cap. IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

apparatu vnicuique altari minori supra in Basilica cathedrali ordine nominatim positos atque enumeratos, habeant ad vsum atque ornatum suum.

**S**uppellex altaris minoris ob necessariam causam permitti.

**A**ltari præterea minoris, quamvis indotato, ob necessariam causam ab Episcopo in ecclesia parochiali permisso, eadē suppellex appetetur, ut supra demonstrata est in basilica cathedrali.

#### Apparatus communis.

**A**pparatum præterea communem in ecclesia parochiali esse conueniens est, vñi Missæ sacri etiam ab alijs sacerdotibus sine cantu faciendi: prout & hic ipse apparatus, & quantus item est se debeat, supra demonstratur atque prescribitur in basilica cathedrali, ob causas eo in loco expositas.

#### DE SUPPELLCTILE ECCLÆ

siæ simplicis, eiusq; Sacrificiæ.

Cap. IIII.

**I**N Ecclesijs simplicibus, & Oratorijs, vbi Missæ sacrum aliquando fit, vnicuique altari non solum maiori verum etiam minori, si quod in ijs est, appetetur, atq; fit suppellex supra prescripta vñi altaris minoris in Basilica cathedrali, tum præterea hæc quæ ordine infra notata est.

Vas vñi abstensionis calicum paten-  
rum, & luationis corporalium, ac puri-  
ficatoriorum.

Mantilla longiora, quatuor apud labrum  
luationis manuum appendenda.

Mappe duas ad vsum altaris sacrificiæ  
seu armarij, apud quod sacerdos sacras  
vestes induit.

Tapetum, seu clathra lignea, vbi sacer-  
dos sacras vestes induit.

Tabella sacrarum reliquiarum in ea  
ecclesia reconditarum.

Tabella item de Indulgentijs eidem ec-  
clesia perpetuò concessis.

Tabella orationū, quibus preparatorijs  
vtitur sacerdos celebraturus.

Tabella orationum ad vsum sacerdotis  
sacras vestes induentis.

Tabella de Missis, funeralibus, comme-

moratiōibus, & alijs officijs, vñi que  
Tabella colorū, qui in sacris indumentis  
pro ritu officii singulis diebus adhibent.  
Liber Missarū: in quo scilicet vñusq; sōs  
sacerdos sua manū notet & scribat, qui  
in singulos dies Missæ sacram fecerit.

Liber de ceremoniis Missæ.

Liber harum instructionum.

Vas olearum maius pro oleo lampadis.

Vas minus itidem ad vsum infundendi

olei in lampadem.

Infundibulum, & vas, ad olei ē vase ma-

iusculo excipiendi, rursusq; in alterum

minusculum infundendi vsum.

Scopulē parvulē ex cannulis palustribus.

Perticæ, hastilavæ.

#### DE CONVENIENTIA INDU- MENTORUM & ORNAMENTORUM.

Cap. V.

**E**xposuimus apparatum omnem sa-  
cræ suppellectilis, tum simplicem,  
tum duplicem quadruplicem, tum tripli-  
cem, tum deniq; quintuplicemve.

Cuius vniuersi apparatus vestes atq; in-  
dumenta, quoniam quedam non colore  
solum, sed materia ē quæ confecta sunt,  
conuenire inter se debent; ac rursus alias,  
quamvis panno materiave ab illis diffe-  
rant, tamen eodem colore, vt illa sint,  
oportet; tum præterea quedam illorum  
indumentorum ornamenta sunt, quæ ra-  
tio postulat, vt ornatu, materia, colore,  
& opere, artificiove, vt plurimum inter  
se singula respondeant; bene est, vt expo-  
fito tam multiplici apparatu, common-  
stremus etiam, quæ sacra indumenta co-  
lore, & materia; ac quæ item colore sol-  
lum cum illis conuenientia esse debeant;  
& deniq; ornamenta, materia, colore, &  
opere, inter se vt maximè fieri potest,  
congruerē debeant.

Atq; apparatus quidē, q; eadē materia,  
eodēq; colore simul constare debet, est  
sacrarum vestium arq; indumentorum,  
quæ ordinē infra nominatim notantur.

Sacré vestes & indumenta eiusdem ma-  
terie, & coloris.

**P**Allium.

Planeta.

Stola sacerdotalis.

Manipulus sacerdotalis.

plus